

98\* Feltriae inventa in tabula aerea et Romam translata a viro nobilissimo Claudio Ptolomeo.

Q · LAELIO · Q · F · MENEN  
VOPISCO · EQ · PVBL  
PATRONO · COLLEG ·  
FABROR · FERRARIOR  
5 ET · CENTENARIOR · ET  
DENDROPHOR · FELT  
RIAE · IIII · VIRO · QVN sic  
QVENN · V · LVSTR sic  
X · CCCC · DIVIS sic  
10 TVRMA · FELTR ·  
ET · VI · VIR · AVGSTAL ·  
OB · MER · EIVS · PVBL  
L · D · D · D ·

Ligorius ms. Taur. 8 (inde Gud. 129, 2).

99\* Feltriae.

DIS · MANIBVS  
VEIRGILIAE PLAV sic  
TIAE · VIRG · VEST  
ANTIST · SANCTISSI  
5 MAE · VIX · ANN LXXVI ·  
M · VEIRGILIVS · M · F sic  
MEN · CINCIANVS ·  
FELIX

Ligorius ms. Taur. 8 (inde Gud. 107, 1).

100\* Feltriae rep. a. 1564 in inundatione, sed cum legi non posset, mox ab operis absumpta CAMBR.

C·IVL///N///  
CAE///IS/  
PRO///V  
VC/Q//AP/  
5 //T/O/  
//SS1/  
//AF/  
FEL//  
//D//

Cambruzzi (c. a. 1647) in chronicis ms. ad a. 1564 ad exemplum factum ab Iacobo Palinuro arithmeticæ magistro Feltrino. Apud Pasolum (cod. Cicognæ n. 3264) antiquiorem auctorem (scripsit enim a. 1580) traditur in lapide ab aqua corroso lectum esse in summa parte C·IVL·C, in fine (*nel fondo*) V·I·ET·IV·ET·III.

101\* Feltriae PIL. apud Dan. Tomitani heredes CAMBR. Nunc alle Centenere.

I O M  
OCLATIVS  
Q F  
MENEN RVVS  
5 V S L M

Vidi; sine dubio recens est nec quicquam deest v. 1 in., cum margine circum undique conclusa sit. Habent Cambruzzi p. 58; Mur. 5, 7 a Brembato; Taurus 1816 n. 9, qui citat Tomitanum.

102\* Vi è pure antica tradizione, che Cesare edificasse in Feltre un ponte di pietra sopra il torrente Cormeda ed un altro lungi dalla città un miglio e mezzo sopra il fiume Sona nella strada, che conduce al Trivigiano, nel loco detto la Chiusa, ove nell' a. 1627 fu ritrovato un frammento d'antica pietra vicino al loco ove era situato il medesimo ponte, quale trasportato in città fu riposto in casa di Danielle Tomitano CAMBRUZZI similiterque CORNO. Nunc alle Centenere.

IVL · CÆS  
S T L  
AD · VSV  
P P

Vidi; recens est. Habent Cambruzzi p. 36; dal Corno p. 153; Mur. 219, 5 a Brembato; Taurus 1816 n. 12, qui citat Tomitanum.

103\* arca rep. a. 1629 m. Ian. [Ian. 13] in loco q. d. Saluco prope Feltriam una cum ossibus et lucerna et nummis CAMBR. CORNO. Nunc apud heredes Tomitani CAMBR. Hodie alle Centenere.

SEX · AVGVRIO · III IMNO  
ET · AVGVR · EMANDAE  
ET · SVIS  
NIL E VENER ERO  
5 TG OVICE  
PENESELVENI  
V F

Vidi; recens est. Habent Cambruzzi ad a. 1629; dal Corno p. 151; Taurus 1816 n. 7, ubi citatur Tomitanus.

104\* Feltriae.

IMP · CAESAR · L · OCLATIO · PVBLICIE  
C · IVL · FELTR · P · C

Dal Corno p. 4. Cento est compilatus ex n. 2069. 2079. 100\*.

105\* Castòi in muro coemeterii S. Martini CORNO. Inde venit in villam Tauri alle Centenere.

L · D · D · D

Vidi et admodum suspectam esse iudicavi. Ed. dal Corno p. 154; Taurus 1816 n. 16; Miari p. 10.

106\* trasportata nel 1564 da Feltre in Venezia, ove al presente conservasi nella chiesa di S. Pietro di Castello CORNO. Ibi ex Venetis auctoribus vidit nemo, vereorque ne Cornus hic quoque nugetur.

ANNIAE · GRATAE · CARPIVS  
ALBICIVS · PRIMVS

Dal Corno p. 155, auctores citans Goslinum et Bellatum.

1 pro CARPIVS Cornus videtur dare voluisse CAVPIVS; si est sincera, subest simplex c. prænominis nota.

107\* prope Feltriam in villa Faen rep. 1564 et inde delata Tergeste CORNO ex Bellato. Vereor ne transposita sit.

d. m. | antistia helia | antistiae tertiae|  
matri pientissimae

Dal Corno p. 155 (inde sine dubio Kandler in syll. inscr. Histr. n. 59) auctorem citans Bellatum.

108\* inter Feltrinas CORNO. Vide ne dicta sit vel transposita propter nomen pagi Feltrini Cesio minore.

l. caesius l. l.

Dal Corno p. 153.

109\* Feltriae.

l. titius c. f. seuerus sibi et larti p. f.  
secundae uxori p. et l. titiis filiis u. s.

Dal Corno p. 155.

110\* prope Feltriam Anzudi in eccl. S. Felicis.  
p. xxx

Dal Corno p. 152.

111\* Praeterea Cornus et Graeci tituli, qui adhuc extat alle Centenere: TEPTIA ΣΤΕΠΤΙΝΙΑ ΣΠΙΟΡΙΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΑ XAIPE versionem Latinam dedit p. 153 hanc: TERTIA TERTINIA SPORI ALEXANDRA AVE et, tamquam tituli essent reperti in agro Feltrino post inundationem a. 1304, ex chronicis ut ait Minae et Facini p. 52 protulit inscriptiones ex nummis exceptas M. Antonii et Caesaris cum nomine L. Gellii (Cohen Gell. n. 5) et Traiani (Cohen p. 49 n. 303).

112\* Vellaji, dove serviva per secondo scalino d'una scala rustica in una casa ad uso di osteria, repperit a. 1814 Febr. 24 TAURUS. Extat alle Centenere.

PSICHE

Vidi; recens est. Taurus 1816 n. 3.

113\* rep. 1815 Iul. 9 prope S. Iustinae in vico Campo in muro coemeterii, nunc alle Centenere.

D M  
E P F P  
D

Vidi et falsam iudicavi. Ed. Taurus 1816 n. 17.

114\* rep. 1816 Ian. 16, era commessa nel muro, molto più basso che l'usato, presso all' angolo interno fra mattina e mezzogiorno della chiesa di S. Giuliana della villa di Mis poco distante da Sospiros e da Vedana e 14 miglia da Feltre. Nunc alle Centenere.

D M  
F R D S

Vidi; haec per se suspicionem mihi non movit, sed vix poterit separari a reliqua turba. Ed. Taurus 1816 n. 20.